



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censuris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

12 Vendere carius ob dilationem quando liceat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

debetur à tali moroso, eò modo quo in alijs litibus ab iniuste litigante debentur, cap. finem litibus, de dolo & contu. & toto tit. de calum. & de pena tenere litig. Sed præterea post dictam cõstitutionem pretium Censu redimibilis omninò incertum est adeo, vt secundum varias terras, varium etiam est census redimibilis pretium, quãuis pro censu irredimibili videtur dari debere ad ratione viginti pro vno, g. recep. in athen. perpetuè C. de factofan. ecclesi.

DECISIO XII.

Vendere rem carius, quam valet tempore venditionis propter dilationem ad soluendum datam, duobus concurrentibus licet; Alterum est, si venditor volebat seruare rem vendendam vsque ad tempus solutionis faciendæ; Alterum, si esset dubium, an tempore solutionis res illa plus, aut minus valeret, quam pretium constitutum, cap. in ciuitate & c. si. de vsur. & ex Nau. in Man. c. 17. num. 206. & 210. Quorum aliquo deficiente, vsuram vsura iustum pretium ob datam dilationem vendens, committit.

DECISIO XIII.

Ex cons. 8. alias 1.

Mens cum lero duorum, vel trium pro quolibet cennario monetam æream minutam, eamque amicis egentibus ad quotidiana comparanda mutans sine aliquo pacto, cum intentione tamen recipiendi monetam argenteam, non mutaturus nisi pro ærea argenteam recipere speraret, non peccat, quod in effectu exercet cabbium, quod vocatur per minutum, quod non solum Capporibus, sed etiam quibuslibet priuatis licet, ex Nau. in Man. c. 17. num. 288. Neque inde mutarius damnum aliquod patitur, cum ei tantum profuit impendisse æream minutam monetam, quam recepit, sicut si argenteam, quã dedit, impendisset.

[Alia huius consilij legenda sunt lib. 7. tit. 12. consil. 12. & 28. de vsuris ideo hic breuitatis causa præmittimus, vt ibi suo loco aptius reponi, & legi possint.]

DECISIO XIV.

Ex cons. 6. alias 16.

Census impositio etiam in pecunia numerata facta, cõ illis conditionibus videlicet, vt re censuaria perempta solui debeat, vel ne illa alienari, aut vendi possit, vel ea alienata cõsuaris censum soluere teneatur, & non soluendo poenam aliquam soluat, vsuraria est, si seneraueris, 14. q. 3. vbi Nau. a nu. 69. & nor. 22. & consil. Pij V. de censibus contraria. extr. cõ onus, edita. 1568. cõtit. 80.

DECISIO XV.

Ex cons. 10. alias 17.

Census redimibilis super re immobili suis finibus designata constitutus cum pacto, quod si inuenta fuerit incapax talis census, censetur impositus generaliter super omnibus bonis constituentis ad electionem emptoris, & iure communi, cap. in ciuitate, de vsur. & ca. ad nostram, de empt. & extante præsertim extrauagante Pij V. vsurarius censendus est.

DECISIO XVI.

Ex cons. 11. alias 13.

Venditio domus alteri cum pacto, vt soluta parte pretij reliquam partem emptor retineat, & venditori pro parte pretij non soluti, scilicet annuum soluat, donec reliquum pretij soluat, vsuraria est, eo quod venditor accipit aliquid vsurae principalem ab emptore quia dat ei dilationem constituendi censum annuum pro parte pretij non soluti: cum tamen aliquid pro dilatione solutionis, vel termini debet accipere vsurarium esse conseret, & lege communi verum, c. confucit, de vsu.

DECISIO XVII.

Ex cons. 5. in Nouis, deest in antiquis.

Mercator aliquid vsura pretium rigorosum vendens non solum peccat sed etiam emptori tantum restituere tenetur, quantum iusto pretio addiderit, cõ emptorem in hoc notabiliter læserit, ex Nau. in Man. c. 23. n. 77. nec excusatur ex eo quod illud det [Senfariam] exercenti, Senfarius autem seu proxenera, qui ipsi fidentem ad mercatorem deducit, quem scit, vel scire debet excessurum pretium iustum cum concausa sit damni, quod datur emptori, in subsidium ad restituendum in solidum obligatur. Illud autem quod gratis vsura taxam a mercatore, timente, ne diuerat emptorem ad alios mercatores accipit, restituere non tenetur.

DECISIO XVIII.

Ex cons. 7. in Nouis, deest in antiquis.

Mens fundum cum onere retrouendendi & locandi cõ venditori, & propter hæc onera ei imposita emit illum pretio multo minore, quam si absque illis oneribus emisset, eo quod onera illa sunt quasi pars pretij, iuste fundum illum venditori illi tam grandi pensione, & affectu locare potest, quam grandi locare poterat, si absolute sine oneribus iusto pretio emisset, Argum. l. fundi partem, ff. de contrahen. emptio.

DECISIO XIX.

Ex cons. 20. in Nouis, deest in antiquis.

Cum contractus vsurarius esse non possit, vbi nullum est mutuum expressum, aut tacitum, ex Nau. in Man. cap. 17. nu. 206. vsura non erit dare alicui reuoocabiliter scuta ducenta cum conditione, vt certum quid annum durante vita donantis detur, & post obitum, recipiens Dominus absolute, & sine aliquo onere maneat.

DECISIO XX.

Ex cons. 21. in Nouis, deest in antiquis.

Census annuus a re extra agant in Pij V. est secundum aliquos, s. Henr. tract. de cõtract. q. 74. & 75. & Sor. l. 6. de iust. q. 5. art. 1. etiam super persona ipsius met vendentis constitui poterat, & etiam super omnibus bonis immobilibus mobilibus, iuribus, & actionibus presentibus, & futuris alicuius, prout Nicolaus V. ad petitionem Regis Aragonie, & vtriusque Sicilia Aphosi declarauit, Quos census sic constitutos, extrauag. Manij V. & Calix. quæ habentur sub tit. de empt. & vend. inter communes, non reprobaueunt, etã si illos magis approbatur, qui super rebus immobilibus constitui iurauerat. Nunc tamen post extrauagantem præfatam Pij V. vt super rebus solis immobilibus, huiusmodi census annuus constitui potest.

TITVLVS XI.

De locato, & conducto.

SUMMARIVM.

- 1 Salarium iustum quodam censeri debet.
- 2 Lex tollens pacta a caducitate excusantia de quibus patetis intelligitur.

DECISIO I.

Ex cons. 1. in vtriusque.

Conuentio inter herum, & famulum pro aereo mestruo, & vt famuli decentibus vestibus se induant, vt licita, vel illicita sit ex quantitate, & qualitate operarum, quas præstat seruus, & Dominus ab eo exigit, & an famulus a tatis legitime sit, & sciat valere operarum quas præstaturus sit, & an necessitate preliis pro tali salario se cogatur a bitio boni, & prudentis confessa, iustitia mandata est, arg. l. 1. de iure delib. nullus autem cõtractus vltro citroque obligatorius iustus esse potest, nisi a quale pro æqualis datur ex Nau. in Man. c. 17. nu. 267.

DE.